Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fatis Juramentum, quoniam semper vi contractus feudalis praestitum intelligitur: Socin: sen: d: cons: 257. col. 2. vers: aliquando lib. 3. Tiber: Decian: d. respons: 58. n. 47. vol. 2. Et ideo non est signum proprij feudi praestatio Juramenti, cum etiam ex consuetudine cuicumque alio Improprio feudo praestetur, ut eleganter scribit Bald: cons: 227. vol. 1. in novis Burs: cons: 4. n. 11. & 13. cum pluribus per eum allegatis.

7\. Dergleichen gestalt hatt es auch mit dem nachvolgenden Sibenden widrigen Argument. Nam servitiorum feudalium praestationem non impedire foeminas, quo minus feuda consequi ac per mares servitia praestare possint, vel ex eo similiter manifestissimum est, quod alias nullo casu feudi capaces esse possent, per not: Menoch: d: cons: 65. n. 32. cum seqq: usque ad n. 37. inclusive & n. 16. & ideo probatione aliqua hoc loco opus non est:

Deinde etiam Investiturae horum feudorum nihil tale continent, quod foeminam impedire possit, ne feudum obtinere queat. Nec enim aperte promitti consuevit, ne vasallus in acie Dominum periclitantem deserat, sicut in specie promitti necesse est, per Socin: sen: cons: 257. col. 2. vers: Et licet lib. 2. Tiber: Decian: d. respons: 58. n. 39. vol. 2. Ubi

plurimos